



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Articvlvs II. Vtrum vnuſ Angelus aliuſ cognoscat. articul. 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

ab intellectu, aut intellectus est illius causa in aliquo genere cause, sicut è contraria substantia Angeli causa est tum efficiens, tum etiam materialis sui intellectus, nullo modo tribuitur intellectui, sed solum substantia Angeli.

Obiectio.

Solus.

Quod si quis aduersus huiusmodi immediatum concursum substantia Angeli in genere cause effectus ad suam ipsum intellectuonem nobis obiciat, actionem emanare non posse immediatè à substantia, eaque ratione constitui in substantiis potentias ab eis realiter distinctas, à quibus immediatè emanent operationes & actiones. Dicendum est, illud esse verum de actione reali, vt distinguatur contra actionem intentionalem, qua species, aut etiam imagines expressæ, tamquam à causa partiali producuntur, qualis est influxus, de quo modò loquimur. Sicut enim coloris, qui non sunt qualitates effectivæ actionis realis, producent species actione intentionali: à substantia, licet producere nequeant immediatè actionem realem, producere tamen possunt actionem intentionalem. Addit, quamvis à substantiis non emanent operationes propriæ dictæ, emanare tamen efficiunt potentias ac proprietates: id verò longe plus est, quam ab eis emanare effectus, actionesque intentionales.

## DISPUTATIO II.

*Vtrum Angelus cessare posset à cognitione sui, & naturali Dei.*

Sectatorum  
D. Thomæ  
opinio.



Vero Angelus non posset cessare à cognitione sui, affirmant Herueus in 2. dist. 3, quæst. 4. ad primam rationem principalem, Capreolus ibidem quæst. 2. ad secundum contra quintam conclusionem, citatq. pro hac sententia D. Thomæ q. 8. de veritate art. 9. ad septimum, idemque affirmant alii sectatores D. Thomæ.

1. Conclusio. Probabile est Angelum numquam cessare à cognitione sui. Probatur primò, quia præstantius est esse in actu, quam in potentia: sed inter res omnes creatas Angelus est præstantissimus: ergo erit semper in actu aliquius saltem operationis: neq; est alia, in qua magis videatur esse semper in actu inter omnes, quæ supernaturales non sunt, quam cognitione sui: eo quod sit præstantissimi obiecti inter ea quæ intuitu cognoscit, ex eoque melius, quam ex quo quis alio, deuenit in notitiam naturalem Dei. Accedit, quod ipsi est præfertilissimum, maximèque proportionatum, præfertil cùm valde consonum sit rationi, vt Angelus numquam sit omnino oriosus, maximè cùm operando non defatigetur, maximāque capiat volupratem ex rerum contemplatione, & potissimum ex penetratione sua naturæ. Secundò, viuentia corporeis numquam cessant ab operatione vita, quia saltem semper nutritur: ergo neque Angelus cessabit ab operatione vitali sibi naturali: non est verò alia, à qua minus videatur cessare, quam à cognitione sui.

2. Conclusio. Non est certum, quod Angelus non posset cessare à sui cognitione. Probatur, quia ad cognitionem necessaria est attentio potentiae, quia ad imperium voluntatis poterit tam intentionem non est. sè ad tam multa alia contemplanda applicari, vt Angelus pro tunc ad propriam substantiam non attendat. Licet ergo verisimile sit Angelum cessare non posse à cognitione, vel sui, vel aliorum obiectorum indeterminatè, non secus ac homo apertis oculis, & in præsencia obiectorum lumine illustratorum, non potest non videre aliquod eorum indeterminate, id-

## Artic. ij.

que videantur probare rationes, quibus præcedens conclusio confirmata est, non tamen videtur certum, eum cessare numquam posse à contemplatione sui, tametsi verisimile admodum sit, cum ratiō aut numquam ab ea cessare.

Quod ad secundum artinet, cùm naturalis beatitudine contemplativa Angeli posita sit in naturali Dei cognitione, quam Angelus (vt art. 3. dicetur) ex sua ipsius substantia, ceterisque rebus creatis cognitis comparat, sicut sicut probabile est Angelum numquam desistere à cognitione sua propria substantiae, sic probabile iusaduc est, numquam cessare à naturali Dei cognitione. Tum quia Dei naturalis cognitio nobilior est, quam cognitionis propria Angeli essentia, ad eaque plus Angelus afficitur, ex eaque plus obiectum percipit, quam ex contemplatione sua substantiae. Tum etiam, quoniam cognitionis Angeli, sicut sit propriæ essentia, sive cuiusvis alterius rei naturalis (etiam Angeli superioris, vt artic. seq. dicetur) est comprehensio; comprehensio autem cognitionis rei naturalis esse nequit sine notitia naturali Dei, quatenus ea res à Deo, vt à prima causa pender: quare cum probabilius sit Angelum numquam cessare à cognitione naturali aliquis rei indeterminatè, quam à cognitione propria essentia: probabilius quoque erit numquam desistere à cognitione naturali Dei, quam à cognitione propria essentia. Vtrum autem concedendum sit demones beatos esse beatitudine contemplativa naturali, inferius quæstione 6. articulo primo dicetur.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum unus Angelus alium cognoscat.*

**Q**UÆSTIO hæc etiam excitatur, vt explicetur modus, quo unus Angelus alium cognoscit. Ex Scripturis namque constat, Angelos se inuicem cognoscere, & inter se mutuo loqui, & agere. Præterea, cùm nullius eorum substantia sit obiectum improportionatum comparatio intellexus aliorum: lumen quoque naturæ docet, Angelos se mutuo cognoscere.

Ex sententia D. Thomæ unus Angelus cognoscit alium per speciem innatam. Quoniam sicut Deus vniuersique Angelorum in instanti, in quo eum creauit, infudit species rerum omnium corporæ, quibus eas possint intelligere: sic quoque infudit species aliorum Angelorum, ceterarūque rerū spiritualium, quibus eas intuitu valerent cognoscere.

Quo loco animaduerte, vnumquemque Angelorum, in primis non posse cognoscere ceteros Angelos per suā propriā substantiam. Licet enim illa sufficiēt sit, vt seipsum perfectissimè cognoscat, arque adeò vt cognoscendo prædicta omnia, que in ipso includūtur essentialiter, cognoscat etiā ceteros Angelos quoad prædicta omnia sibi cū illis cōmuniā, non tamen est sufficiens, vt illos cognoscat quoad prædicta illis propria, quib; ab eo distinguuntur: quodquidem haec, nec formaliter, nec eminenter, continentur in ipsius substantia, esto ipse Angelus superior ac perfectior sit: quippe cùm inferiores Angelii effectus nō sint, nec esse possint superiorū, vt eos eminenter contineant. Deinde unusquisque Angelorum non potest alios cognoscere per illorū substantias, saltem quando absentes sunt: eo quod id, quod in modum speciei intelligibilis influere debet ad intellectuonem, distare non debeat ab intellectu, cum quo debet eo modo concurrere. Vt ergo unusquisque Angelorum possit ceteros, etiam quando distans, intelligere, necessarie est, vt in singulis

Ang.

Angelis reliquorum species constituantur: quas cum non possint a rebus accipere, iuxta ea, quæ præcedente quest. art. 2. latè dictuſa sunt, fateatur opus est, à Deo fuisse in eorum mentibus insitas. Atque hoc est præcipuum fundamentum opinionis Diuī Thomæ. Scotus verò, quia arbitratur agens, etiam cum distat, agere posse in id, quod abſens est, quin aliquid in medium effundat, arbitratur eorum substantias, etiam cum distat, concurrere posse in ista specie intelligibilis cum intellectibus aliorum Angelorum, ut ab eis agnoscantur. Verū iam ſepe in superioribus hanc Scotti sententiam recēimus.

Dubium verò eſt, vtrum, ſaltem quando duo Angeli à ſe iniuicem non diſtant, vnu cognoscere poſſet intuitiū alium per ſubſtantiam illius concurrentem in modum ſpeciei intelligibilis: ſicut poſſet ſeipſum cognoscere intuitiū per ſuam ſubſtantiam. Proculdubio (quicquid nonnulli dicant) reſpondendum eſt poſſe. Vt enim ſepe dixi, ad id ſatis eſt, quod ſubſtantia rei cognoscendæ non diſter ſecundum ſpacium ab intellectu, qui eam debet cognoscere, & quod ſit illi proportionata in gradu spiritualitatis: ridiculum autem eſt affirmare, ſubſtantiam vniuersi Angelii eſſe hoc modo improportionata intellectui alterius Angelii, ſive iuſuperior, nobiliorque ſit, ſive inferior, minuſque nobilis: cum enim propoſito ad id neceſſaria, non ſit propoſitio æqualitatis, ſed commenſuratio, hoc eſt, habitudo, ve vnu concurrat cum alio, agatque in eo intentionaliter: quod proportionem faciem eſſe inter eſſentiam diuinam infinitam, & intellectum creatum perfuſum lumine gloria: impribabile profecto eſt, ac penè ridiculum, eam negare inter ſubſtantiam vniuersi Angelii & intellectum alterius, quicquid is demum ſit. Præſertim cum in ſenſibus experimam ſimilem habitudinem non conſiderem in indiuisibili, ſed dari latitudinem maximam inter ſpecies, quæ cum facultate videndi cuiusque ſunt proportionatae.

Obiectio.

Quod ſi quis obiectat, ex eo quod ſubſtantia vniuersi Angelii concurrat in modum ſpeciei intelligibilis cum intellectu alterius, ſequi, quod vnu Angelus poſſit illabi in alterius, aut etiā anima noſtra ſubſtantiam: quod tamen communiter negant doctores in 2. dī. 8. ac alibi, docentes hunc modum illapsus eſte Dei proprium.

Dicendum eſt, ad illapsum de quo illi loquuntur, non ſatis eſt, vt id, quod illabitur, non diſter ab eo, in quo illabi dicitur, & concurrat cum illo per modum obiecti, aut ſpeciei ſupplenti vicem obiecti ad cognitionem eliciendam, fed requiri, vt id quod illabi dicitur, interius operetur, vtndi intellectu, aut voluntate ad operationem, quo pacto cor regis dicitur esse in manu Domini, ut quoque voluerit, veriat illud, aut etiam immittendo interius in intellectum, aut voluntatem aliquid, quo inclinetur, & allicit ad operandum. Licet enim daemon, aut Angelus bonus, excitare poſſit cogitationes in imaginatione, aut concupiſcentiā in appetitu ſenſitivo, facta mutatione in organis corporis: in tuam in intellectum & voluntatem non poſſet quippiam operari, niſi exterius propendo, atq; adeo influendo ſolum per modum obiecti. Legē D. Bonauent. in 2. dī. 8. art. 1. q. 2.

Dubium præterea eſt, vtrum inferior Angelus, quo ad perfectionem naturalem, comprehendere poſſit naturaliter Angelum superiorē. Sunt qui negant, quoniam potentia ad cognoscendum angelii inferioris non eſt maior, quām ſit perfeſtio ſuæ eſſentiae: quare, cum perfeſtio eſſentiae angelii superioris excedat perfectionem eſſentiae angelii inferioris, excedet etiam vim eiusdem ad cognoscendum, ac

Molina in D. Thom.

A proinde viſilla æquare non poterit eſſentiam angelii superioris; atque adeo nec illam poterit comprehendere.

Dicendum tamen eſt, nullum eſſe absurdum angelum inferiorē comprehendere naturaliter ſuperiorē. Quia tamen, dato Angelo quantumcumque magnæ perfectionis, Deus in infinitum poterit producere aliū perfeſtorem, ſanè comparatione cuiuscunq; angelii in particulari, dari poterit diuina potentia angelus superior, quem ille nō valeat comprehendere. Hoc ſecundum ſatis eſt manifestum, quoniam quacumque finita potentia ad cognoscendum termino habet perfeſtions eſſentialis: quam poſſit comprehendere, ita vt in infinitum non poſſit maiorem, ac maiorem comprehendere. Primum verò ex eo probatur, quoniam in potentiam ad cognoscendum longè diuersa ſunt, latitudo perfeſtions eſſentialis, quæ cum ceteris rebus ſibi eſt communis, & latitudo facultatis ad cognoscendum, quæ attenditur per comparationem ad obiecta, quæ viſ illa poſſit attingere, & eſt propria & peculiaris latitudo potestis cognoscitivæ, quæ talis potentia eſt: ſolēque eſt longe maior quam latitudo perfeſtions eſſentialis. Etenim ſicut viſis brutis at longe maiorem diſtantiam ſe extendit, quām ſit quantitas ipsius brutitatis ſe extendit ad videnda longe perfeſtiora obiecta, quām ſit ipsum brutum imperfeturum. Noster etiam intellectus, & longe magis angelii ad cognoscendam totam entis latitudinem ſe extendit. Quare nullum eſt absurdum, ſi longe maiorem perfectionem eſſentialē penetreret, atque cognoscendo ad aqueret & ſupereret, quām ſit perfeſtio eſſentialis angelii cognoscens. Quin potius credendum eſt, quoniamque angelum inferiorē, totam latitudinem eſſentialē angelorum, quos Deus creauit, intelligendo penetrare, ac perluſare, ac proinde illam totam comprehendere.

Ad argumentum ergo contrarie ſententiae dicendum eſt, quoniam potentia angelii inferioris non ſit maior, quoad latitudinem perfeſtions eſſentialis, quām ſit perfeſtio ſuæ eſſentia: eam tamen longo intervallo ſuperare quoad latitudinem eſſentialē obiectorum, quām cognoscere, ac penetrare valeret.

Circa reſponſionem ad primum aduertere, obiectum cognoscibile existens in potentia, quæ cognoscere debet, tunc impedit cognitionem aliorum rerum, quando eſt eius natura, vt determinari nequeat per ſpecies aliquarum cognoscibilium. Vnde quia calor eſt actus perſpicuū terminati per opacum: in perſpicuo verò terminato per opacum recipi non poſſunt ſpecies viſuæ: efficitur, vt calor exiftens in pupilla impedit viſionem. Quando verò obiectum cognoscibile existens in potentia, quæ debet cognoscere, eius eſt natura, vt determinari nequeat per ſpecies cognoscibilium, tunc non impedit aliorum cognitionem: vi lumen receptum in pupilla, quia efficit illam perſpicuum, actu, ac proinde ſuceptivam ſpecierum viſibilium, non impedit viſionem colorum. Eadem ratione, quia ſubſtantia ſpiritualis Angelii, aut anima, eo ipso quod ſpiritualis eſt, determinari poſſet per ſpecies ſpirituales rerum intelligibilium, non impedit earum cognitionem: ſicut res corporeas in intellectu humano eam impedit. Atque hec eſt legitima ratio, ob quam, ſubſtantia Angelii cognoscens coniuncta ſuo intellectu

non impedit perceptionem ceterorum Angelorum, ceterarumque rerum.

\* \*

*Angelus in-  
ferior com-  
prehendere  
poſſet ſupe-  
riorē.*

*Non poſſet  
Angelus aut  
in alterius  
aut anima  
noſtra ſubſtan-  
tiam illabi  
Damnon licet  
poffit excita-  
re cogita-  
tione in ſenſitu  
aut in alterius  
aut concepi-  
ſentiam co-  
mouere, ſed in  
tellectu tam  
ac voluntate  
operari  
nequaſi.*

Ad argum.

*Obiectum  
cognoscendi  
existens in  
tra potentia  
quando alio-  
rum cogniti-  
onem impe-  
diat.*